



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXIX. Nunquamne liceat Sigillu[m] nudi Secreti reuelare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

nemur esse fideles, seu fidelitatem proximo seruare; hanc autem non seruat, qui reuelat arcana sibi ab amico commissa.

TERTIO, quia de iure naturae tene-
mur seruare promissum; sed in Secreti com-
missione semper, vel tacite, vel expresse in-
teruenit promissio eius, cui Secretum com-
mittitur, aliudque non ipsi committeretur.

*Quæstio
XXIX.*

*Nunquamne licet Sigillum nude
Secreti reuelare?*

Respōsio. **L**icitum est huiusmodi Sigillum aliquan-
do reuelare, quando videlicet eius cela-
tio vergit in perniciem Reipub. aut salutis
corporalis ipsius committentis, aut eius, cui
committitur, aut alterius. Huius limitatio-
nis ratio est clara, quia in his casibus, in qui-
bus non potest aliter prefatis damnis obvia-
ri, nisi reuelando Secretum, cessat obligatio
celandi.

Nec rationes, quæ in contrarium adduci
possunt, ullam habent vim, quia fama pro-
ximi postponenda est saluti Republice, aut
alicuius alterius, maximè rei spiritualis. Fi-
delitas autem tunc nō obligat; quia non di-
citur quis perfidus per hoc, quod arcanum
reuelat simpliciter; sed per hoc, quod tem-
pore, & sine causa cogente reuelat.

Promissio etiam tunc cessat; quia nemo
potuit se per promissionē cōtra Rēpubli-
cam

cam obligare, aut cōtra salutem corporalem,
aut spiritualem alicuius, ad quā charitas ipsa
obligat.

*Quomodo differūt Sigillum Secreti com-
missi, & Sigillum Confessionis.*

*Quæstio
XXX.*

HOC interest inter Sigillum Secreti com-
missi, & Sigillū Confessionis; quia hoc
in nullo casu potest reuelari, saltem formaliter,
dicendo per Confessionem hoc vel illud
scio, nisi habita expressa licentia confitentis:
Secretum verò nudum cōmissum, sāpe po-
test reuelari ob caussam cogentē, sine licen-
tia committentis.

Respoſio:

C A P V T VIII.

De Modo confitendi D E O.



V M interiorem peccato-
rum Confessionem, quæ
soli D E O fit, vtilem, et ne-
cessariā esse pœnitenti, tū
etiam piis omnibus, olim
plurimū curæ fuisse, circa initium capitū
secundi, per quæſtiones plures clarissimè p-
batum sit; placet in gratiam eorū, qui coram

O ; D E O